Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

annuncia
bo uobis.
In illo die
in nomine
meo pete
tis. Et non
dico uobis.
quia ego
rogabo pa
trem pro
uobis. Ipse
enim pater
amat uos
quia uos
me ama
stis. et cre
didistis quia
a deo exiui.
Exiui a pa
tre. et ue
ni in mun

Sed palam de patre annun
ciabo uobis. Etenim
.xl. diebus disputauit
cum eis congregatis.
loquens eis de regno dei.
Et nunc inquit in
timore existentes non
attenditis huius que
dico. tunc autem resur
rectionem uidentes po
teritis palam discere.
Theophilus. Adhuc quoque
prebet illis fiduciam
quam recipient in temp
tationibus auxilium dei.
cum subdit. In illo die
in nomine meo pete
tis. Et a deo assero me
um uobis patrem fauo
re. quod nec interuentu uel
meo ultius indigebi
tis. Unde subdit. Et
non dico uobis quia e
go rogabo patrem pro
uobis. Ipse enim pater
amat uos. Porro ne
resiliant a domino uel
eo ultius non egentes.
subiungit. quia uos
me amastis. Quasi dicat.
Ob hoc diligit uos pater.
quia uos me dilexistis.
Cum itaque exciderint
ab amore meo. con
festim et a patrio decide
tis. Augustinus. Sed nunquid
ideo amat ille quia nos
amamus. an potius
quia ille amat ideo
nos amamus. Hic ipse
euangelista in epistola sua
dicit. nos diligamus

dum. Ite
rum reli
quo uob
mundum.
et uado
ad patrem.

quia ipse prior dilexit nos.
amat ergo nos pater quia
nos amamus filium.
cum a patre et filio ac
cepimus ut et patrem
amemus et filium.
amauit ipse quod fecit
sed non in nobis faceret
quod amaret. nisi an
tequam id faceret quod
faceret nos amaret.
Hylarius. Caret et apud
patrem intercessionis necessitate. perfecta de filio
fides. que quod a deo exierit. credit atque
amat. et per se ipsam iam et audiri meretur
et amari. natum ex deo filium. missumque
confessa. Unde sequitur. Et credidistis quia
a deo exiui. Natiuitas itaque eius et aduentus
ostenditur. cum subdit. Et exiui a patre et ue
ni in mundum. aliud in dispensatione. al
iud in natura est. A patre enim uenisse. et a deo
exisse. non est significationis eiusdem. cum
aliud sit a deo in substantia natiuitatis exis
se. aliud a patre in hunc mundum ad con
summanda salutis nostre sacramenta uenisse.
Cum autem exire a deo. sit ex natiuitate
subsistere. quid aliud quam deus esse posset.
Crisostomus. Quia uero uerus sermo non mo
dicum eos mitigabat. et cum hoc audire
quod a deo exiuit. et illuc uadit. continue
ea circumuoluit. Unde sequitur. Iterum re
linquo mundum et uado ad patrem. Nam
hoc quidem certificabat quod recte in ipsum
credebant. hoc uero quod sub munitione eius
futuri erant. Augustinus. Exiit enim a patre.
quia de patre est. In mundum uenit. quia
mundo suum corpus ostendit. Mundum re
linquit corporali discessione. perrexit ad pa
trem hominis ascensione. Nec mundum
deseruit presentie gubernatione. quia sic
in mundum uenit exiens a patre. ut
non desereret patrem. Sed dominum ihesum christum

No. de tri.